

DE LA SAINTE VIERGE. 173

HYMNE.

SALVE, urbs refugii,
Turrisque munita,
David propugnaculis,
Armisque insignita,
In Conceptione,
Charitate ignita,
Draconis potestas
Est à te contrita.

O mulier fortis
Et invicta Judith,
Pulchra Abisaig Virgo,
Verum foyens David.
Rachel curatorem
Ægypti gestavit,
Salvatorem mundi
Maria portavit.

v. Tota pulchra es, amica mea,

r. Et macula non est in te.

v. Domina, protege orationem meam,

r. Ut clamor meus ad Dominum veniat.

L'Oraison comme ci-devant.

A VESPRES.

Domine, in adjutorium,
&c.

HYMNE.

SAlve, horologium
Quo retrograditus

Sol in decem lineis,
Verbum incarnatur,
Homo ut ab inferis
Ad summa attollatur,
Immensus ab Angelis
Paulò minoratur.

Solis hujus radius
Maria corruscat,
Consurgens Aurora
In conceptu nucat,
Lilium inter spinas,
Quæ serpentis conterat
Caput, pulchra ut luna
Eriantes collusfrat.

v. Ego feci in Cœlis ut
orientur lumen indeficiens;

r. Et quasi nebulâ texi
omnem terram.

v. Domina, protege orationem meam,

r. Ut clamor meus ad
Dominum veniat.

L'Oraison comme ci-devant.

A COMPLIES.

Convertat nos Dominus
tuis precibus placatus
Iesus Christus Filius tuus.

r. Et divertat iram suam
à nobis.

Domine, in adjutorium,
&c.

HYMNE.

Salve, Virgo florens,
Mater illibata, Regina